



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 5. Amara in dulcedinem verti, Deum amantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

vesceris pane; falsus sudor amarum tunc fecit panem; nunc dulcis Christi sanguis panem dulcem reddit; quem ab illo acceptum, læti edimus.

§. V.

*Amara in dulcedinem verti, Deum
amantibus.*

Venit aliquando populus in Mara, nec poterat bibere aquas de Mara, eò quòd essent amara. Et murmuravit populus contra Moysen dicens: *Quid bibemus?* At ille clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt. Mara est Mundus, in quo quid non amarum? Venit Christus, & ostendit nobis suæ Crucis lignum, dicens: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Qui ergo cruce illius scit uti, suaue jugum facit, & suaue illi est, quidquid est alijs amarum. Salfæ solent esse atque amara lachrymæ, sed Cruce sanguinéque Christi dulcescunt. *Dulciores sunt lachrymæ orantium,* inquit S. Augustinus, *quàm gaudia theatrorum.* Terrenis hominibus mentem leuare, graue est; leue crucis baculo nitentibus. *Orando enim,* ait S. Bernardus, *bibitur vinum letificans, vinum spiritus, quod inebriat, & carnalium infundit oblivionem.*

Exod. 15.

23.

Matth.

11. 30.

S. Ber-

nard.

serm. 18.

in Cant.

R

Ama-

Amarus & falsus est panis sudore vultus permistus; sed Crucis lignum in panem missum (non quemadmodum à Iudæis toxicū, quo panis inficiebatur) ad Moyfis figuram, amaritiam pellit, nectar facit & ambrosiam. Cui enim non fiat dulce pati, pro eo, qui ut pati posset, homo factus est? Qui autem vicissim pro eo pati optant, pati gaudent, & spe condiunt amaritudinem laboris. Immo & Deus illis laborem condit, compensatq;, quod tolerant, æternæ voluptatis cogitatione.

§. VI.

Cibi vice, Deo sacra Virgo, dulcedinem percipit diuinam.

Recito in hanc rem eiusdem authoris **Cæsarius.** **l. 8. c. 94.** historiam. Ordinis sui cœtum, ait, fuisse Virginum Deo sacrarum. In eo, quæ penum curabat, promi condi loco, oua frixa, toto conuentu, diuiserat. Dum negotiosa est, dum fatagit rerum, vnam obliuione præteriiuit. Quid illa famelica? num impatiens facta, num ex odio se negligi suspicata est? num cellam execrationibus, sorores reliquas Diris impleuit, aut querelis? Nequaquam. Sed negligentia alterius, in suum meritum, vfa; sibi met, quod neglecta esset, gratula-